







i. N°609

þáttr af Karli vesala i Magnusar sögu góða kap. 4–9.

Brandkrossaþáttr gefinn ut i „Nordiske Oldskrifter."

þáttr af Leifi Össurarsyni, Færeyingasaga, kap. 49. sqq.

þáttr af Auðunni vestfirzka i Haraldarsögu harðráða, kap. 72–75

þáttr af Brandi hinum örfa i Haraldarsögu harðráða, kap. 96.

þáttr af Egli af Vandilskaga, hvergi annarstaðar gefinn út svo eg viti.

þáttr af Oddi Ufeigssyni i Haraldarsögu harðráða, kap. 106–107.

þáttr af Blóð-Egli i Knytlinga sögu, kap. 33–40.

þáttr af Hákoni Hárekssyni i 11. bindi af Fornmanna sögum, bls. 422–439.

Clar.

Heri indeholdes de af Etatsraad B. Thorlacius i Anledning af det Kjøbenhavnske Universitets Höitideligheder Tid efter anden udgivne samtlige Smaafortællinger paa Islandsk og af ham oversatte paa Latin tilligemed en, for hver især, forudskikket Indledning. Disse Smaafortællinger (Þættir) ere følgende:

1, Þáttr af Karli Vesæla (De gestis Caroli Vesæl dicti.)/.1815./
2, Brandkrossa-þáttr (Historia de vitulo fulvam in fronte macul. hab.)./1816./
3, Þáttr af Leifi Össurarsyni (De gestis Leifi Össuridis s. Færöensis)./1817./
4, Þáttr af Auduni Vestfirdska (De Auduno Regem Danorum invisente)./1818./
5, Þáttr af Brandi hinum örva Vermundarsyni. (De Brando Liberali.)/1819./
6, Þáttr af Eigli af Vandilsskaga. (De Egillo sub Canuto M. profecto)./1820./
7, Þáttr af Oddi Ófeigs syni. (Narratio de Oddo Ofegi filio.)./1821./
8, Þáttr af Blódeigli (De Erico de haustu sangv. nunc. sub an. 97.)/1822./
9, Þáttr af Hákoni Hárekssyni (De Hakone Vicensi sub Svenone Estridide)/1823./

Desuden:

Specimen de Erico Rufo Grönlandiæ inventore./1811./



SOLENNIA ACADEMICA

AD

CELEBRANDUM

DIEM XXVIII JANUARII MDCCCXXII

REGI NOSTRO AUGUSTISSIMO

FREDERICO SEXTO

NATALEM

HABENDA INDICIT

UNIVERSITATIS REGIAE HAVNIENSIS

RECTOR

GREGORIUS WAD

HISTORIAE NATURALIS PROFESSOR ORDINARIUS REGI A CONSILIIS STATUS ATQUE ORDINIS DANEBROGICI EQUES

CUM

SENATU ACADEMICO.



Commentarium *de Egillo*, *ſub Canuto Sancto Daniæ Rege Bornholmiæ Præfecto*, e Codice Flateyensi edidit cum versione Latina et Præfatione hisce Solennibus prolusurus M. *BIRGERUS THORLACIUS* Prof. Eloqu. Lat.

TYPIS *SCHULTZIANIS*.

L. B. S.

Celebrat patria hisce diebus festum, quo nullum magis est augustum, natales videlicet Optimi Regis Frederici Sexti. Celebrat illud læta, celebrabit pie et cordate; læta, quia salvo Rege omnia sibi salva fore auguratur, atque a Principis incolumitate pendere suam persvasum habet; pie, quia novit ad benevolentiam, in Stirpe Oldenburgica inveteratam, in Rege suo accessisse proprio ingenii temperamento placidam clementiam et tenerrimum civium amorem; cordate, quia aliorum populorum experientia perpetuo monetur, quam infelices eæ gentes sint, apud quas dulce illud Regem inter et cives, ceu patrem & liberos, vinculum rumpatur, quæque non cogitent, omnes omnium caritates unum Principem complecti debere.

Universitas Regia Havniensis quo magis hos bonorum omnium sensus participat, nec participat solum, sed præ se fert, et suis alumnis eos, uti debet, lubenter se ingenerare profitetur, eo fervidioribus sincerioribusque votis natales Regios prosequitur. Nullus labitur annus, quin Rex Augustissimus bonas literas, earum cultores sive inter exteros alendo, sive domi suffulciendo, multisque aliis rationibus sustentet; atque beneficum illud institutum, Regiæ munificentiæ debitum, quo juvenes literarum studiosi propositis præmiis ad vires suas in variis disciplinis tentandas stimulantur, institutum, quod jam pridem almos fructus patriæ protulit, lætius lætiusque quotannis procrescit, et hoc quoque anno non poenitenda veræ scientiæ specimina provocavit.

Ut populares ad solennia invitaremus, quibus Universitas Nostra hoc anno natales Regios celebrabit, decrevimus opusculum edere, quod inter instrumenta historiæ patriæ antiquiora locum sibi jure vindicat, commentarium nempe, *Þáttr af Blódeigli* dictum ɔ: narrationem de Egillo, Bornholmiæ sub Canuto Sancto Daniæ Rege præfecto, ex hausto humano sangvine nuncupato. Istum commentarium Historiæ Canutidarum (Knytlinga-Sagæ) auctor tanti habuit, ut eum Vitæ Canuti Sancti, fere totum, insereret, quod in nullo alio historico instrumento sic fecisse videtur; et celeberrimus Codex Flateyensis in rebus Danicis parcior, eum relationibus de Grönlandia præmisit. Pretium non solum inde habet, quod historiæ Canuti Sancti gravis pars, religiositatisque (pro istius scilicet temporis modulo) et justitiæ hujus Regis venerandum monumentum semper manebit, sed etiam quia crisi historiæ, quæ Knytlinga-Saga appellatur, haud parum lucis affundit. Et cum Historia Canutidarum nondum edita sit, (licet a Grammio aliisque jam pridem publicæ luci destinata) inter MStos historiæ patriæ fontes imprimis juxta eam, quam nunc damus, recensionem recte potest referri.

In Codice scilicet Flateyensi pergameno, quem inter pretiosissima Bibliothecæ Magnæ Regiæ cimelia periti omnes numerant, Narratio, de qua hic loquimur, implet columnas 840-843. In Exscripto Suhmiano reperitur in Volumine 3^tio^ a pag. 3030 ad

pag.

pag. 3045. In Collectione Arna-Magnæana Bibliothecæ Univerſitatis Havnienſis, legitur in Codicibus Knytlinga-Sagæ chartaceis n. 16, 17, 19 in Folio, ſub titulo: *Þáttr af Blódeigli*; lecta quoque olim fuit ſingulatim in Cod. chartaceo N. 592 f. 4ᵗᵒ, ſed ibi nunc deſideratur. Recenſio quippe, quam Knytlingaſagæ auctor recepit, habetur in omnibus hujus Hiſtoriæ Codicibus, ex quibus præcipue nominabimus n. 18, manu Magnæi deſcriptum, quem Grammius in ſua editione, ad finem non perducta, ſecutus fuit.

Omnibus rite comparatis patebit, duas esſe Narrationis de Egillo Sangvineo recenſiones, unam, quam Codex Flateyenſis ſequitur, alteram, quam Knytlingaſaga ſuis de Canuto Sancto relationibus intexuit. Utriusque rationes mutuamque relationem notare, et hujus esſe loci, et ad criſin Hiſtoriæ Canutidarum aliquid facere, videtur.

In rei expoſitione, quam Codex Flateyenſis habet, major brevitas, majorque ſimplicitas deprehenditur. Vix opus eſt niſi Cap. I noſtræ editionis a verbis: Ragnar hét . . . usque ad: allmikil hermadr, juxta Cap. 33 Knytlingaſagæ ponere, ut de utriusque diſcrimine lector ſibi perſvadeat. Hoc enim, licet res eadem maneat, verbis tamen ab eo aliquantum abludit; ſic vero habet: "Ragnar hét madr, hann var *danſkr* madr, ok "ættadr ſudr á Jótlandi, hann var rikr madr ok átti bú þar ſem heita Ragnarſtadir, þat "er í Rípa *Biskupsriki*, þar er ok vatn *þat er vid hann er kénnt* ok heitir Ragnarsſiór. "Ragnar hafdi verit kær vinr Sveins konúngs Úlfsſonar, *ok hanum þiónat jafnann* med-"ann þeir voru á líſi bádir. Eigill hét ſón Ragnars, hann var hinn meſti *atgiörfismadr*, "manna meſtr ok ſterkaſtr, *vígr hverium manni betr*, ok allmikíll hermadr." Quæ in Cod. Flat. mox adduntur de Bornholmiæ ſitu, Knytlingaſagæ auctor transtulit ad Cap. 32, quod geographicam et topographicam, habita maxime ratione eccleſiaſticæ diviſionis, Daniæ deſcriptionem exhibet. Rurſus ſub finem Capitis Iᵐⁱ recenſionis noſtræ Regis ad Egillum prima vice, qua coram ipſo comparebat, alloquium brevius nervoſiusque quam in Knytlingaſaga reperitur. Sed in nullo Capite magis obſervatur expoſitionis, quæ in Codicis Flat. narratione dominatur, major brevitas ſinceritasque, quam in Cap. VIIᵐᵒ, cum Cap. Knytlingaſagæ XLᵐᵒ collato. Regis ad Bornholmiam iter, e navi eſcenſio, loci, ubi combuſta navis Norvegica esſet, indagatio, aggresſio in Egillum facta, ejus deprehenſio, ad Regem deductio, ultimumque cum Canuto colloquium, in Codice Flateyenſi ſic narrantur, ut legenti celebre illud: veni, vidi, vici, in mentem veniat. In Knytl. Saga ſingula iſta pluribus verbis et operoſius traduntur, atque ita vi narrationis multum decedit. Animadvertitur denique in recenſione quam dedit Knytlingaſaga, ſtudium ad Regis pro religionis cauſa fervorem, lectoris animum vocandi, et e rebus ejus geſtis, in hoc etiam evento, eas urgendi pluribusque verbis expingendi, quæ Regis religioſitatem teſtari viderentur.

Si ergo ſimul ſumimus, quæ ex utriusqve recenſionis hujus hiſtoriolæ comparatione concludi jure queunt, hoc fere prodit de utraque judicium: narratio Codicis Flateyenſis brevior eſt ſimpliciorque, et omnino talis, quæ in eo cogitari poteſt, qui ex ore rem narrantis relationem deſcripſerit. Huic repræſentationi nihil obeſt niſi hiſtoriolæ finis, ubi refertur, iſtud de Egillo ſupplicium uti multis diſplicuisſe, ita optimates excitasſe ut adverſus Canutum arma ſumerent. Suſpicor itaque, hanc obſervationem aliquanto ſerius additam, nec in primis commentarii exemplaribus lectam fuisſe. Knytlingaſagæ auctorem, præeuntibus aliis viris in hiſtoria boreali verſatisſimis, credimus cum Collega noſtro S. Ven. P. E. Mullero (Sagabibliothek T. 3. p. 123. ſequ.) fuisſe Olaum Thordi Hvitaſkald, Snorronis Sturlæi e ſorore nepotem, qui anno 1237 peregrinabatur, deinde in Islandia nomotheta erat, poſtea in Valdemari victorioſi aula aliquamdiu vivebat et a. 1259 moriebatur. Is cum Canutidarum, uti ipſius majores Regum Norvegicorum, Hiſtoriam concinnare inſtituisſet, operæ pretium duxit Commentarium de Egillo Sanguineo, quippe qui ad rem ſuam egregie faceret, totum inſerere, mutatis tamen hic illic in expoſitione nonnullis, et ad majorem loquacitatem ambitioſiusque pro ævi ſui ingenio temperatis, atque ad ideas de religione tum dominantes accommodatis.

Si de tempore quæris, quo evenerint quæ de Egillo hic narrantur, accidisſe ea debuerunt inter annos 1080 et 1086; ille enim regni Canuti Sancti initium, hic ejusdem finis erat. Ea poſtquam pluribus annis ore hominum cum alibi tum in Islandia circumlata fuerant, ſeculo fere interjecto calamo demum conſignata, et ſic ſingulatim lecta, paucis mutatis, fuisſe videntur, donec ab Olao Thordi Hvitaſkald Hiſtoriæ Canutidarum, quæ inter annos 1241 & 1250 probabiliter confecta fuit, conſilio hujus auctoris convenienter, inſerta ad nos denique pervenirent.

Hæc præfaminis loco ſufficiant; nunc ipſa dabitur

Narratio

Þáttr af Blódeigli.

Cap. I.

Ragnar hét madr, ok var ættadr ſudr á Jótlandi, hann var ríkr madr, ok átti bú þar ſem heita Ragnarsſtadir, þat er í Rípa biſkúpsdæmi. Þar er ok vatn þat er heitir Ragnars-ſíar. Ragnar hafdi verit kær vin Sveins konongs Úlfsſonar, medan þeir lifda bádir. Egill hét ſon Ragnars, hann var hinn meſti gérvimadr, hann var manna meſtr ok ſterkaztr, vígr vel, ok allmikill hermadr. Sá atburdr vard í Danmörku, at þar andadiſt einn ríkr madr í Borgundarhólmi ſá er Áki hét, hann hafdi verit fyrir XII konongs búum. Borgundarhólmr liggr auſtr í haf frá Skáney. Þat er mikit fylki, ok liggr undir biſkupsdæmi Lundi. Þar eru XIIII Kirkiur ok XX konongs bú. Nú lá þetta ríki autt ok höfdíngialauſt. Voru þá menn ſendir á fund Knúts Sveins ſonar, er þá var konongr yfir Danmörk, ok voru honum ſögd þesſi tídindi. bádu menn þá at hann fengi annan mann yfir ríkit. Í þann tíma kom til Knúts konongs Egill Ragnarsſun, ok býdr honum at giörazt hans madr, ok þióna honum med trúnadi, hafa ok ſlikt ſtarf ſem haft hafa hinir fyrri frændur hans. Konongr ſvarar: míkill madr ertu Egill ok mannligr, enn eigi med öllu giæfuſamligr, enn med því at þú ert mikill madr til framkvæmdar, þá mun ek fá þér í hendr Borgundarhólm, ſkaltu ſkyldr til allra útgiörda ok konongs ſtarfs, enn þó munu vær aftaka III búin þau er þar eru. Egill tekr nú þenna koſt konongs, ok giörizt nú valdsmadr yfir þesſu

Narratio de Egillo ex hauſto ſangvine nuncupato.

Cap. I.

Ragnarus vir erat, ex Jutia meridionali oriundus, opulentus homo, qui prædium habebat in loco, nunc Ragnarſtad dicto, in epiſcopatu Ripensi, ubi quoque lacus eſt Ragnarsſöe appellatus. Ragnarus Regi Svenoni Ulfidæ, dum uterque vivebat, amicus carisſimus fuerat. Ragnari filius Egillus nuncupabatur, vir valde ſtrenuus, robore et fortitudine eminens, in armis promtus atque admodum bellicoſus. Accidit in Dania, ut moreretur in Bornholmia vir dives, nomine Akius, qui prædiis Regiis præfuerat. Sita eſt Bornholmia in mari, Skaniæ ab oriente, inſula quidem incolis frequens, epiſcopatui Lundinenſi ſubjecta. Sunt ibi templa XIV, et XX prædia Regia. Hæcce provincia nunc vacua et ſine præſide erat. Mittebantur ergo viri ad Canutum Svenonis filium, Daniæ tunc Regem, quid accidisſet expoſituri, et rogaturi, ut novum huic præfecturæ præſidem præponeret. Venit eodem tempore ad Regem Canutum Egillus Ragnari filius, Regi ſuam operam ſuamque fidem offerens, eademque onera, quæ ſui cognati antea habuerant, ſuscepturus. Reſpondit Rex: magni ſane habendus ſtrenuusque vir es Egille, vultus autem tuus nil fortunati promittit; ſed ſiquidem gnavus es et ad negotia idoneus, Bornholmiæ te præficiam, ita ut ad omnes expeditiones omniaque Regis onera ſuſcipienda obligeris, demtis tamen tribus, quæ ibi ſunt, prædiis. Accipit hanc conditionem Egillus, regionique præficitur. Brevi opulentus

þessu ríki. hann giördist brátt ríkr ok fiölmennr ok hafdi med sér mikla sveit, var hann aurr af fé, ok lifdi ríkmannliga. hann var jafnan í hernadi á sumrum ok afladi mikils fiár, ok lagdi fyri menn sína á vetrum. hann vardi ríkmannliga ríki sitt, ok giördist af þessu miök ágiætr, ok er sva hafdi verit um stund, geck féit miök upp í kostnadi, er hann hafdi færri veizlur af konongi, enn þeir menn er þar höfdu fyrr verit ok haft konongs starf, enn hann hafdi meira kostnat. Þetta líkadi konongi ílla, ok bad Egill mínka fiölmenni sitt, því hann sagdizt af hafa tekit hernat þar innanlands ok annan ófrid.

Cap. II.

Þat var eitt sumar at Egill biózt or landi med lid sitt, ok hafdi XV skip, hann fór til Vindlands. ok er hann kémr þar, heriar hann. Vindar söfnuduzt saman, ok fengu ógrynni hers, ok fóru í móti Egli med lid sitt. Enn er þeir finnazt verdr þar bardagi mikill, ok féll margt lid af hvorumtveggium. Géngr Egill fram vel ok dreingiliga ok bardizt hermannliga. Þeir börduzt á skipum, ok lá þat skip næst Egills skipi er á var höfdíngi þeirra Vindanna. Ok er orrostan var sem ódust, ok menn þóttust valla skilia hversu hníga mundi, þá hlióp Egill af skipi sínu ok á Vinda sneckiuna, ok hió til höfdíngians ok veitti honum banasár, ok þegar jafnskiótt hlióp Egill öfugr aptr á skip sitt. Eptir þetta brestr flótti á Vindum. fær Egill þar ágætan sigur ok mikit fé. Hann vard sva módr at hann féll nidr í óvit, ok er hann sat á skipi sínu, þá bad hann svein sinn géfa sér dryck. Sveinninn svarar: vordit hefr hér þat hark í dag á skipinu, at brotnat hafa verplar allir, ok allr dryckr er hlaupinn nidr í kiöl. Egill svarar: eigi mun ek at sídr drecka mega. Sveinninn svarar: eigi herra, segir hann, þvíat einn hluti er blóds ok manna dreyri. Egill stendr upp ok tók hiál-

lentus evasit, multosque satellites et numerosam catervam sibi comparavit. Erat liberalis, et opipare vivebat; æstate piraticam exercebat, eaque multum bonorum acquirebat, quo suos socios hieme alebat. Provinciam suam non sine lautitia tuebatur, indeque magnam obtinebat celebritatem; verum id cum aliquo tempore fecisset, ex istis bonis multum dispendiis consumtum est, siquidem pauciores, quam priores præfecti, reditus a Rege sibi assignatos acceperat. Id Regi displicuit, ideoque Egillum jussit intra minorem catervam suam aulam circumscribere, quia domi pariter ac foris omni piratica Canutus suis interdixerat.

Cap. II.

Æstate aliqua Egillus cum suis sociis XV navibus instructus expeditionem in Vandaliam suscepit, quam regionem piratica infestavit. Vandali magnum agmen coëgerunt, idque adversus Egillum eduxerunt. Ubi in se invicem incidebant, asperum certamen ortum est, in quo multi utrinque cæsi sunt. Egillus bene fortiterque progressus strenuo pugnavit. In navali proelio prope Egilli navim sita erat ea, quæ ducem Vandalorum vehebat. Cum sævissima esset decertatio, dubiumque videretur, ad utram partem inclinatura esset victoria, Egillus subito saltu Vandalicum conscendit navigium, illatoque duci lethali vulnere, ad suam navim saltu transverso se retulit, tumque Vandali in fugam se dederunt. Sic Egillus celebrem reportavit victoriam largaque præda potitus est. Adeo defatigatus fuerat, ut animi fere deliquium pateretur, sedensque in sua navi potum sibi dari posceret. Tum famulus: tanta, ait, hodie fuit in navi turbatio, ut fractis cunctis doliis omnis potus in sentinam defluxerit. Nihilominus mihi potandum est, inquit Egillus. Subjicit famulus: ne id facias domine, nam cruor hominumque sangvis immixtus est. Surgit Egillus, detractamque capiti suo cassidem

hiálminn af höfdi fér, ok föckr nidr í kiólinn, ok (tók) þriá drycki mikla. Eptir þat vendir hann heim aptr ferd finni med figri, ok kémr at haufti heim í Danmörk, ok fer fídan til Borgundarhólms. Skortir nú eigi fé um vetrinn til framflutníngs mönnum hans. Þetta fpyrft vída, ok kom þat fyrir Knút konong, lofar hann fem adrir menn afrek Egills ok figur, enn talar fátt um þat er honum var fagt frá dryckiunni Egills. Af þeim atburd féck Egill kenníngarnafn, ok var kalladr Blód-Egill.

Cap. III.

Enn er Egill hafdi fkamma ftund heima verit, þá fór hann á fund Knúts konongs. Knútr konongr tók sæmiliga vid Egli, ok fpyr at ferdum hans. Egill fvarar flíkt er hann fpyr, ok var honum léttrætt um þetta. Sídan kalladi konongr hann á einmæli, ok fpyr ef þat væri fatt er honum væri fagt at hann hefdi druckit manna blód. Egill fegir at mikit væri til þefs haft, enn fagdizt þó lítit til þefs huxat hafa fyrri. Hví vard fva ílla, fegir konongr? Egill fvarar: Þorfti kom at mér fvamikill at ek þóttunzt ecki þola mega, enn dryckr var eingi annar nær. Konongr mælti: þesfi hlutr er hardla þúngr vordínn ok nockut kriftnifpell, ok er þatt kallat at vær féum reffíngafamir um fmærri hlutí, enn med því at mér líkar vel þín þiónufta fyrir margs fakir, þa munu vær því eigi fva ftrídann dóm áleggia at finni fem mörgum mun þyckia líkligt, vilium vær þó heilrædi tilleggia med þér at þú bætir vid gud, ok feg fem fyrft kénnimönnum, ok tak fkriftir fyrir, enn þat fem vor réttr hefr brotinn verit í þesfu máli, þá vilium vær ydr uppgéfa; enn eigi fýnizt mér þetta minna vera enn þú hafir etit manna hold fodit er þú hefir druckit blód þeirra. Egill heitir at hann fkal fva giöra. dvaldizt hann þar nockorar nætr med konongi, ok ádr þeir fkildu, býdr Egill konongi til veizlu heim til

dem in fentinam demergit triplicique hauftu potat. Dein victor domum tendens auctumno ad Daniam venit, indeque Bornholmiæ redditus eft. Hieme opes ad focios bene habendos haud defuere. Sparfa hujus rei fama ad Regis quoque Canuti aures pervenit. Ille, ut cæteri, præclarum Egilli facinus et victoriam magnis extollit laudibus, fed in eo, quod de ejus potu narrabatur, prædicando parcior erat. Ex hoc evento Egillus id cognominis accepit, ut *Sangvineus* appellaretur.

Cap. III.

Poftquam brevi tempore domi fuerat Egillus, ad vifendum Regem Canutum profectus eft. Rex eum honorifice excipit, et de ejus expeditionibus percontatur, ad quæ Egillus diferte refpondet, lubenter quippe de his loquens. Dein Rex eum ad colloquium fecretius vocatum interrogat, verumne esfet, quod fama ferret, ipsum fangvinem humanum bibisfe. Refpondet Egillus, hunc quidem rumorem magna ex parte verum esfe, at fe iftam rem parum penfi habuisfe. Quomodo in animum induxifti, ait Rex, id mali committere? Invaferat me, inquit, tanta fitis, ut eam ferre non posfe mihi viderer, nilque aliud, quod biberem, fuppetebat. Subjicit Rex: grave id peccatum eft, magnumque fidei chriftianæ detrimentum. Conftat me etiam in minoribus rebus feveriorem haberi folere; verum cum tua opera multis nominibus mihi comprobetur, nunc non tam duram fententiam, quam multi exfpectant, de te feram, fed auctor tibi fum, ut a Deo tecum veniam expetas, reque clericis aperta abfolutionem tibi dari cures. Quicquid mulctæ mihi in hac re dandum erat, ei lubens renuncio, licet humanum fangvinem bibere haud minus mihi videatur facinus, quam elixam hominum carnem edere. Id Egillus fe facturum pollicetur. Diebus aliquot apud Regem morabatur, et antequam discederent, Eum ad fe vifendum in-

til sín. Vænti ek herra, segir hann, at mér sé þat heillavænt at þér komit at siá yfir hýbýli mín. Lagdi Egill þar til mörg ord vid konunginn. Konongr heitir ferdinni er álidi vetrinn. Eptir þetta fór Egill heim, sitr hann heim í Borgundarhólmi þann vetr.

Cap. IV.

Knútr konongr byriar ferd sína til Borgundarhólms. Eigill hafdi búit fyrir honum veizlu dýrliga. Sækir konongr til veizlunnar med miklu fiölmenni. Þar var mikil stofa sem konongs höll væri, hon var alskiput skiöldum. Konongr var III nætr at veizlunni, ok var hardla kátr. Egill leiddi konunginn út med stórmannligum giöfum. Konongr mælti til Egils: hvat er nú Egill, segir hann, hefir þú at því gaum gésit er ek mælta vid þik næstum, at hafa sagt kénnimanni til misverka þíns, ok sættazt vid gud. Egill svarar: eigi er þat, gleymt hefi ek enn þessu. Konongr bad hann eigi fresta lengr. Egill kvad sva vera skyldi, ok skiliast nú med vináttu. Egill fór í hernat um sumarit, ok aflar nú mikils fiár, kemr heim at hausti, ok fer ecki á konongs fund.

Cap. V.

Knútr konongr spyr þetta at Eigill hafdi verít í hernadi, ok líkar honum þat lítt, þvíat hann bannadi mönnum rán ok úspektir í sínu ríki. Konongr stefndi Egli á fund sinn um vetrinn. Egill fór á fund Knúts konongs, ok fagnar konongrinn honum vel. Þeir konongr ok Egill tóku tal med sér, ok spurdi konongr: hefir þú heriat enn í sumar Egill? segir konongr. Egill sagdi at þat var. Konongr mælti: þar tekr þú íllt rád upp er þú giörir þik at víkíngi, er þat heidinna háttr, ok vil ek þat banna þér. Þat er mér ok sagt at þú hafir

invitabat; spero, inquit, domine, auspicato mihi eventurum, ut meam oeconomiam visurus venias; atque in ea re apud Regem multis verbis utebatur. Promisit Rex se labente hyeme id facturum. Postea Egillus domum rediit domique ista hyeme in Bornholmia mansit.

Cap. IV.

Accinxit se Rex Canutus ad Bornholmiam adeundam; cum Egillus magnifica illi convivia ibi præparasset, Rex ea cum numeroso comitatu obire decreverat. Coenaculum ibi erat magnum, Regia pompa instructum, et clypeis undique ornatum. Per triduum Rex hisce conviviis interfuit, et valde lætum se præbuit. Discedentem Regem Egillus magnificis muneribus prosecutus est. Tum Rex Egillum sic affatur: numquid de eo cogitasti, de quo ultimo colloquio te monebam, ut cum Deo te conciliares, atque a clericis absolutionem acciperes. Fateor, ait Egillus, me id facere fuisse oblitum. Tum Rex eum commonuit, ne id longius differret. Promisit Egillus se ita facturum, atque amice a se discesserunt. Sequente æstate Egillus piraticam exercuit, eaque multas opes comparavit. Auctumno domum rediit, Regem tum quidem non invisens.

Cap. V.

Rex Canutus ubi rescivit, Egillum piraticam exercuisse, id valde improbavit, nam civibus suis omni rapina omnique violenta aliorum aggressione interdixerat. Citat itaque Egillum, jubens, ut proxima hyeme ad ipsum veniret. Proficiscitur Egillus Regem conventurus, qui illum benigne excipit. Inter multa de multis rebus colloquia quærit Rex: haccine æstate Egille piraticam exercuisti? Eo hoc fatente Rex subjicit: male vero tibi consulis, dum piratam te facis; is paganorum mos est, quo tibi interdictum volo. Accepi quoque, te

hafir fiölmenni med þér sem konongar, ok haldir þik at öllu sem þeirra sidr er til, ok eydir þar upp náliga fé þínu aullu, enn takir þar til annarra eigna ef þik skortir, koma þar margir á vorn fund er slíkt bera. Vil ek þat Egill, segir konongr, at þú mínkir fiölmenni þitt, ok giör þik ecki stærra enn þú átt ætt til, vil ek at þú giörir þik hófsmann, ef þú vilt oss lengi þióna. Enn hvat er nú Egill segir konongr um þann hlut sem ek hefir þik nockrum sinnum áminnt, ok þú mátt vidkannast, hefir þú þat til bóta borit? Egill svarar þá heldr reidugliga: þat væntir ek herra, þó at þér minníst þess hlutar opt vid mik, at mér sé þó mest umhugat um rád mitt. Konongr mælti: nú er meiri von at komi fram er ek sagda í fyrra sinn er ek sá þik, at þú mundir eigi vera med öllu gæfumadr, nú sva miök sem þú órækir naudsýn siálfs þíns, þá vil ek eigi lengr hafa þína þiónustu, ok eigi skaltu vardveita mína eigu hedan frá. Þá svarar Eigill: þér munut ráda veizlu vid mik herra, enn þat mun ydr þyckia undarligt, segir hann, ef ek held mik ecki óríkmannligar þó ek hafi minni kostina, skal ek eigi bidia ydvarrar þiónustu meir enn ydr líkar. Konongr svarar: eigi þarftu at giöra þik svo stóran Eigill, segir hann, beygt hefi ek svíra á feitari bockum enn þú ert, ætla ek þér þat muni verr henta enn nú er at ockra vináttu skilii, er þat ok mitt hugbod, segir konongr, at nockra hluti hendi þik þá er enn eru stærri enn þeir er adr eru berir ordnir um hagi þína. Eftir þetta skildust þeir Egill ok konongr med lítilli blídu. Eptir þetta setti konongr annann mann yfir ríkit í Borgundarhólmi, enn Egill lét af hendi stiórn ríkisins. Egill sat þá heima at búi sínu, ok mínkadi þó ecki fiölmenni sitt, heldr hafdi hann nockuru mann fleira, ok at aungvu minni rausn enn ádr.

Cap.

te numerosa caterva ad instar Regis cinctum esse, teque in omnibus Regia magnificentia te gerere, in qua cum omnes tuas opes consumseris, ubi hæ defecerint, aliena rapere. Hac de re querentes multi me adierunt. Volo Egille, ut comitum numerum diminuas, nec majores, quam fert tuum genus, spiritus sumas; posc..que, si mihi tua opera inservire ultra cogites, ut moderatum te præbeas. Jamque Egille eam rem quod attinet. de qua, ut bene meministi, repetitis vicibus te commonui, num absolutionem tibi procurasti? Regerit Egillus iracundius: licet hujus rei mentionem sæpe apud me injicias, exspecto tamen mihi relinquendam esse mei curam. Tum Rex: videtur, ait, nunc eventus constare ei effato, quod te primum viso mihi excidebat: te videlicet virum fortunatum nequaquam futurum. Siquidem ergo tu tui curam negligis, non amplius ego tua utar opera, nec abhinc amplius meæ provinciæ præeris. Respondet Egillus: mei muneris, domine, tu quidem arbiter eris, sed tibi forte mirum videbitur, me, licet minores habeam reditus, haud minus laute victurum, nec operam meam ultra quam tibi libuerit offeram. Tum Rex, non est, Egille, cur tantopere superbias, cervices enim incurvavi caprorum, qui te erant pingviores; præsagio, pejus quid tibi eventurum, quam nunc cum parum amici a nobis discedimus; mente quoque prævideo, fore ut aliquid accidat, iis gravius, quæ de rebus tuis manifesta sunt. Postea Rex alium hominem Bornholmiæ gubernationi præfecit, atque isti muneri Egillus renunciavit. Egillus dein in suis prædiis mansionem habuit; tantum vero abfuit, ut comitatum suum minueret, ut pluribus adeo auctiorem eum haberet, nec minus, quam antea, magnifice viveret.

Cap.

Cap. VI.

Þenna tíma réd fyri Noregi Olafr Kyrri ſon Haralds konongs Sigurdarſonar. hann átti Íngirídi dóttr Sveins konongs Úlfsſonar ſyſtur Knúts konongs, ok var vinátta kiær med þeim mágum. Þat var eitt ſumar at ſkip bióst af Noregi mikit ok audigt, þat áttu kaupmenn þeir er fara ætludu í Austurveg. Þeir ſigldu fyrſt í Danmörk, ok ſídan auſtr í gégnum Eyrarſund, ok ſídan auſtr til Borgundarhólms, ſídan hvarf ſkip þat ſvo ecki ſpurdiſt til, ok fanſt af ſkipi hvarki menn né fé. Þetta þótti mönnum med miklum bysnum, ok voru margar gétr á hvat til þesſa mundi bera. Ólafr konongr or Noregi ſendi ord Knúti Dana konongi mági ſínum at hann leitadi eftir ſkipi þesſu, hvat af mundi ordit hafa, enn Knútr konongr hét því.

Cap. VI.

Rex Norvegiæ tum erat Olaus Kyrre Haraldi Regis Sigurdidæ filius. Habebat ille in matrimorio Jngiridam Svenonis Ulfidæ Regis filiam, Regis Canuti ſororem, atque inter iſtos affines tenera amicitia intercedebat. Accidit aliqua æſtate, ut navis e Norvegia vela daret magna et bene inſtructa, a mercatoribus posſesſa, qui mare balticum petebant. Tendebant illi primum ad Daniam, dein per fretum Öreſundicum, denique orientem verſus ad Bornholmiam; tum vero navis evanuit, ita ut nec de vectoribus, nec de mercibus aliquid audiretur. Id multi mirabantur, et, quomodo accidisſet, varie conjectabant. Tum Olaus Norvegiæ Rex Danorum Regem ſuum affinem misſis nuntiis rogavit, ut quid de iſta navi factum esſet, inquireret; id quod Canutus ſe facturum promiſit.

Cap. VII.

Knútr konongr bió ferd ſína til Borgundarhólms med nockrum ſkipum. Þar var med honum Benedict bródir hans, ok brædur tveir, hét annar Sveinn enn annar Aſtrádr, þeir voru Danſkir, ríkir menn ok ſtórættadir, ok voru kéndir vid módur ſína, ok kalladir Þórgunnuſynir. Þórgunna módir þeirra var dóttir Vagns Ákaſonar. Þeir brædur voru frægir menn ok kærir Knúti konongi. Þa voru ok í ferd med Knúti konongi höfdíngiar þeir er eigi voru nefndir. Knútr konongr ſigldi til Borgundarhólms med lid ſitt þá er honum gaf byr. Þvá ſigldu þeir hiá eyum nockrum, ok bad konongr þar at landi leggia. Sva var giört, ok ſídan géck konongr á land ok eftir fiörnunni, þar var ſtórgrýtt miök. Konongr hugdi at griótinu, ok ſá at þat var rautt miök. Konongr ſpurdi menn ſína hví ſva mundi vera? Þeir ſvara: þér munut ſlíkt giörzt kunna at ſiá herra. Konongr ſvarar: þat mundi ek ætla at hér hefdi verit um hríd

Cap. VII.

Jam Rex Canutus se accinxit ad Bornholmiam viſendam cum aliquot navibus. Comites habebat fratrem Benedictum duosque alios fratres Svenonem et Aſtradum, Danos homines divites atque nobiles, ex matre cognominatos, ut Thorgunnæ filii dicerentur. Thorgunna eorum mater Vagnii Akio nati erat filia. Viri erant celebres Regique Canuto percari. Sequebantur præterea Regem alii proceres, quorum nomina non prodita sunt. Ubi per ventum licebat, Rex ad Bornholmiam tetendit. Prӕternavigatis aliquot inſulis ſuos jusſit ad terram appellere, quo facto ipse exſcendit ſecundum litus, quod ſaxis ſtratum erat. Rex saxa attentiori oculo conſiderans animadvertit ea valde rubere; rogat viros ſuos, unde id factum crederent; respondent, Regem pro ſua ſagacitate id optime divinaturum. Suſpicor, ait Rex, nuper hic magnum fuisſe incendium, et forte id nunc pateſiet, quod animo jam pridem præſagivi. Non diffiteor me

hríd eldsneyti ærit mikit, má vera at nú komi þat fram, at mér ſagdi laungu hugr um. Ecki er nú því at leyna ſegir konongr, at ek hygg at þetta ſé af manna völdum, enn þat mun brátt reynazt, munu vér ecki hér lengr dveliazt at ſinni. Fer konongr nú leidar ſinnar, hann tók veizlu ſkamt frá bæ Blód-Eigils. Egill hafdi med ſér mikit fiölmenni, ſva at hann hafdi hird ſem konongrinn, fyrir utan þat at Egill hætti þá hernadi. Enn undruduzt menn þat, at hann mátti fæda lid ſva mikit, enn eigi lágu ſva brýn féſaung fyrir, enn þó vard honum eigi féſátt til koſtnadar fyrir lidit. Margt ræddu menn um þetta fyrir konongínum um ſidu þeirra Egils manna. Þetta ſama kveld lét konongr veita heimferd at Egli, ok féck þar til höfdíngia Benedict bródur ſinn, ok (voru) med honum i ferd þeir brædur Sveinn ok Aſtrádr. Þeir voru med C manna, þeir fóru til (þesſ) er þeir komu til bæar Egils um nóttina. Þat var háttr þeirra Egils at drecka til midrar nætur. Enn er þeir Benedict kvamu á bæinn, þá géngu þeir at dryckiuſtofunni. Þeir Egill varo varir vid ófridinn. Þá hlupu menn til vapna ſinna ok ætludu at beriazt. Benedict ſegir at ſá mundi þeirra koſtr beſtr at gefazt upp. Ok er Egill viſſi at þeir höfdu ofurefli lids, þá géck hann út í hendur þeim. Sídan var Egill tekinn höndum, ok fór Egill á fund Knúts konongs, enn þeir Þórgunnuſynir varo eftir med ſuma ſveitina.

Cap. VIII.

Enn er Egill kom á konongs fund, þá mælti konongr: lángt hefr nú verit í millum funda vorra Egill ſegir konongr, vildi ek at þesſi væri hinn ſídazti. Egill ſvarar: Þér munut nú hafa vald á því at ſinni herra, væntir ek þó þesſ at eingi kalli ydr at meira höfdíngia, né betri konongr þó at þér drepit ſaklauſa menn. Þá ſvarar konongr:

me id hominum vi factum credere, id quod mox pateſcet, verum nunc quidem non diu hic morabimur. Rex ergo in suo itinere pergens in locum, non procul ab Egilli Sangvinei prædio remotum, divertit. Egillus magnam circa se virorum frequentiam et aulam fere Regiam habebat. Cum vero piraticæ renunciasſe videretur, mirabantur homines, unde tantum comitatum alere posſet, cum non in promtu esſent certi reditus, nec tamen deesſent opes ad dispendia in ſuos viros facienda. Referebantur ad Regem multa hoc nomine de moribus ſociorum Egilli. Eadem veſpera jusſit Rex Egillum aggresſione ſubita invadi, cui rei præfecit fratrem suum Benedictum, comitantibus duobus aliis fratribus Svenone et Aſtrado. Agmen erat omnino C virorum, quod itinere non interrupto ad prædium Egilli noctu pervenit. Mos erat Egilli ſociis, ut ad mediam noctem potarent. Ubi Benedictus cum ſuis ad prædium accesſerant, triclinium convivale mox ingrediuntur. Viri Egilli, animadverſis hiſce turbis mox ad arma ruebant, pugnare parati. Sed monuit Benedictus, eos optime, ſi ſe dederent, ſibi conſulturos; atque Egillus, cum ſciret, ſe aggredientibus numero esſe longe inferiorem, eorum poteſtati ſe tradidit. Dein is ligatis manibus ad Regem Canutum deductus eſt, verum Thorgunnæ filii cum quibusdam viris remanſerunt.

Cap. VIII.

Egillus cum ad Regem adductus esſet, hic ita fatur: diu Egille nos non convenimus, et ni fallor ultima vice nunc conveniemus. Reſpondet Egillus: penes te Domine erit nunc quidem ejus rei poteſtas, credo tamen te non majorem principem, nec meliorem fore Regem, ſi homines inſontes occideris. Tum Rex, non tibi proderit, contuma-

ongr: ecki mun nú tiá at fara med dirfd edr ſtrídlæti, þviat tekit höfum vér þik nú ſva í fáng oſs, at nú mun ſegia verda ſlíkt er yfir hefir lidit, þó at eigi ſé fagurt, munu vær nú at gánga um eptirleitina, ſkaltu ok ſegia um ſkipshaufn þá er vær hyggium at þú ok þínir menn hafir myrt ok tekit féit, hefir þetta þó ærit lengi leynt verit. höfum vær ok ſegir hann komit á þann ſtad er vær hugdum at þetta hafi unnit verit. Egill ſvarar þá at ſá einn mundi koſtr til at ſegia ſem farit hafdi, þvíat hann visſi at ſva voru margir hans menn ſamvitandi med honum at til mundi verda nockr af þeim at ſegia, ef faſt væri eftirſótt. Egill ſvarar þá at þat ſama ſkip er þér ſpurdut eptir, hafdi lagt undir þær ſömu eyar er þér kvomut vit. Héldum vér nióſnum til um ferd þeirra. Þar er útgrunnt, enn þat visſu þeir eigi Nordmennirnir, ok fiaradi út undan hafſkipinu um nóttina. Þá fóru vær til, ſegir Egill, ok kvomum í nætureldíng at kaupſkipinu, ok tókum vær menn alla ok bundum, enn ræntum fénu öllu er á var ſkipinu, leiddum ſídan upp ſkipit á hellurnar, ok brendum upp alt ſaman ſkipit ok menn ſva at þeſs ſá eingi merki, nema þat eina at griótit var raudt eftir. Enn er Egill hafdi þetta ſagt, þá mælti konongr: nú fór ſem mik vardi, at þú ert ólífr madr. Lítit nú á ſtórir höfdíngiar, ſegir konongr, hverſu vær ſkulum reſſa ſlík nidíngsverk. Þar voru vidſtaddir margir frændur Egils, þeir er mikils voru verdir, ok budu fé til fridar Egli. Eigi ſkal þat ſpyriaſt, ſegir konongr, at ek nídumzt ſva á trú minni, at taka fé edr nockura mútu edr vináttu manna til þeſs at dæma rángt, eru eigi ſlíkt ólífisverk, ok þó nærri ſvo ef einn madr væri myrtr, enn nú eru margir, enn fædazt vid þat eina ſídan náliga er ſtolit var til. Nú var bædi at íllt þótti til í móti at mæla, enda þordi eingi ímóti konongi at giöra. Enn eptir þetta var farit med Egil til ſkógar, ok var þar feſtr gálgi, ok Egli þar upp-

macem aut pervicacem te gerere, nam te ita captum tenemus, ut quid factum ſit, quantumvis nefandum, confiteri cogaris; nam animus mihi eſt de his diligenter inquirere. Fatere ergo de iſtius navis mercibus; ſuſpicamur nempe te tuosque homines trucidasſe bonaque fuisſe prædatum, licet res diu occulta manſerit. Addit ſe in eo ipſo loco fuisſe, ubi rem commisſam esſe opinaretur. Reſpondet Egillus, necesſe ſibi esſe verum fateri, cum multos ex viris ſuis conſcios haberet, qui, ſi res accurate inveſtigaretur, quomodo ſe haberet, detecturi forent. Oſtendit ergo navim, de qua quærebatur, ſecundum easdem, quas illi, inſulas fuisſe devectam. Iter ejus, inquit, ſpeculando inveſtigabamus. Brevia ibi erant, quæ Norvegi ignorabant. Ubi itaque mare recedens navim in ſicco linquebat, crepusculo tuti lembum invaſimus, vectores omnes ligavimus, bona omnia quæ in navi erant rapuimus, deinceps eam in ſaxa translatam totam cum nautis ſuis concremavimus, ut nullum ejus indicium ſuperſit, niſi quod ſaxa rubuerint. Hæc cum dixisſet Egillus, Rex ſubjecit: Sic ergo comprobatum est, quod opinabar, te facinoroſum morteque dignum esſe hominem; jam circumſpicite magnates, inquit Rex, quomodo talem nequitiam puniamus. Aderant plures Egillo cognati, iidemque magnæ dignitatis, qui grandem pecuniæ ſummam pro venia ipſi concilianda offerebant. Verum Rex: nequaquam, inquit, de me dicetur, me a vero adeo alienum fuisſe, ut donis vel largitione vel amicitia a juſto judicando deducerer. Nonne hoc capitale eſt facinus? Fuisſet tale, ſi vel non niſi unus esſet occiſus; jam vero trucidati ſunt multi, et dein plures pæne raptis vixerunt; jam utrumque accidit, ut et rem excuſare difficile esſet, et Regi obloqui nemo auderet. Dein Egillus in ſylvam ductus eſt, et in patibulo ſuspenſus. Rex ad prædia Egilli pergens viros ejus occidendo, mutilando, et e terra expellendo caſtigavit; nemi-

uppfeftr. Sídan fór konongr til bæiar Egils er hann hafdi átt, let þá fæta reffíngum menn hans, fuma lét hann drepa edr meida fuma, ok fuma rak hann ur landi, ok öngvann lét hann óhegndann þann er nockurn hlut hafdi átt at þesfu máli edr rádagiörd, eyddi hann fva þeim óaldar flocki. Þetta vard þó miök öfundfamt, þvíat Egill var bædi ættftór ok frændmargr. Eftir þetta tóku höfdíngiar at ftrída vid kononginn ok þareftir alþýdann. Þótti þeim konongr ríkr ok reffíngafamr, enn þeir vanir fialfrædi ok fidleyfu. ok lykr þar þesfum þotti.

neminemque hujus rei participem vel confilii confortem impunem reliquit, fed facinorofam cohortem prorfus delevit. Id multis omnino hominibus displicuit; nam erat Egillus uti genere nobilis, itá amicis celeber. Poftea proceres, et deinceps vulgus, Regem impugnare coeperunt. Videbatur illis Rex potens nimis et feverus; illi vero vitæ exlegi & disfolutæ erant adfueti. Et explicit hic quidem hæcce hiftoria.

De Canuto Sancto et de Egillo hactenus. Nunc redituri ad feftum, cujus annunciandi caufa hæcce ex hiftoria Danica præmifimus, materias primum adferimus ex variis disciplinis fumtas, in quibus ut ingenium, doctrinam et diligentiam hoc anno exerceat, cum ipfius laboris, qui fibi merces eft, tum præmii inde reportandi ratione habita, juventutem Academicam vehementer cohortamur. Sunt vero hæc themata:

IN THEOLOGIA.

Qvænam erant caufæ, cur Alexandrinorum Patriarcharum auctoritas, qvæ ab Athanafio inde usqve ad Diofcurum in ecclefia plurimum valuit, deinceps tam fubito evanuerit?

IN JURISPRUDENTIA.

Qvales regulas feqvuntur leges patriæ cum veteres tum hodiernæ circa collationem bonorum? et qvatenus illæ conveniunt cum jure Romano?

IN MEDICINA.

Ex hiftoriis epidemiarum illuftrare limites et nexus inter morbos epidemicos contagiofos et non contagiofos?

IN PHILOSOPHIA.

Argumenta, qvæ Plato in Phædone ad immortalitatem evincendam proposuit, ad crisin vocare, et explicare, qvid efficiant, qvid vero in illis desideretur.

IN MATHESI.

Determinare abfcisfam aut adplicatam arcui parabolico datæ longitudinis refpondentem, idqve inprimis eo cafu, qvo arcus ille datus femiperimetro parabolæ fuerit major.

IN HISTORIA.

Ad monumenta hiftorica elaboretur descriptio geographica Fioniæ insulæ, qvalis erat ejusdem facies Seculo XI^mo^ et feqventibus usqve ad exitum Seculi XIV^ti^.

IN PHILOLOGIA.

Exponatur commercii ſervorum inter Romanos hiſtoria, ita ut inprimis oſtendatur, a qvibus illud regionibus progresſum ſit, qvalis eius uſus in vita Romanorum qvotidiana fuerit, et deniqve qvando et qvomodo abolitum reperiatur.

IN ÆSTHETICIS.

At udvikle og med Exempler at oplyſe Romanens og Dramets forſkiellige Natur og Virkning ifölge deres forſkiellige Form.

IN HISTORIA NATURALI.

a) Inſecta lepidoptera neque apud nos, nec apud vicinos eadem diligentia ac cæteri inſectorum ordines, ſunt inveſtigata. Poſtulatur igitur nova et qvam maxime confecta lepidopterorum indigenorum enumeratio ſyſtematica, differentiis ſpecificis et ſynonymis illuſtrata, cui accedere debent loci natales, nec non obſervationes de tempore, metamorphoſi et victu, qualescumque auctor ipſe ex ſtudio naturæ collegerit. Speciebus adhuc non deſcriptis, in enumeratione autem receptis, aut ſpecimina inſectorum exſiccata aut delineationes adjungantur.

b) Conſtat, Salices Norvegiæ et Finmarkiæ indagationibus Vahlii et præſertem Wahlenbergii exploratas, ſed permultas ſpecies hujus generis, qvæ Daniam, Islandiam et Grönlandiam incolunt, non rite cognitas esſe. Deſideratur igitur Monographia hujus generis reſpectu regionum indicatarum, deſcriptionibus completis, tam maſculinæ qvam fæmininæ plantæ, et ſynonymis ſelectis, præſertim conſiderata diſtributione geographica ſpecierum.

Concertatores monemus, ut ante Calendas Decembres hujus anni elaborationes ſuas Rectori Univerſitatis tradant.

Ad celebrandum itaque diem natalem MONARCHÆ NOSTRI AUGUSTISSIMI **FREDERICI SEXTI** Panegyrin indicit UNIVERSITAS REGIA HAVNIENSIS. Auctore COLLEGIO REGIO, *quod rem Academicam et Scholaſticam apud nos moderatur*, habebitur hic conventus die II Febr. in Auditorio Domus Regiæ hora XII. Rector Univerſitatis *GREGORIUS WAD*, *Hiſtoriæ Naturalis Profesſor Ordinarius, Regi a Conſiliis Status atque Ordinis Danebrogici Eques*, cathedram conſcendet publicaque oratione gratos Academicorum omnium in Regem, Reginam totamque Familiam Regiam ſenſus, et candidisſima pro Auguſtis Capitibus vota precesque pie interpretabitur. Tum Cenſorum judicia de commentationibus civium noſtrorum anno ſuperiore exhibitis præleget, victoribus præmia, ruptis quæ nomina celant ſchedulis, ſua asſignabit, palmamque vel laudem honorificam gratulabitur.

Invitati hac proluſione eſtote Lectores Benevoli ad iſtud feſtum nobiscum ſolenniter obeundum. Adeſte animis, adeſte votis, illudque frequentes participate!

Dabamus Havniæ d. XXVI. Januar. A. MDCCCXXII.

SUB UNIVERSITATIS SIGILLO.

